uicissim impendim̃ · timet / Et nimis concordie
tre inuidet · quia hanc nos tenem̃ in terra ·
quã ipse uolens amisit in celo · Bene q̃ dicit ·
terribilis · ñ reliqua / quia electorũ multitudinẽ
eo maligni spẽ pertimescunt · quo eos p karitatis

concordiam unitos contra se et conglobatos aspici-
ant. v. unt. Auerte oculos tuos a me quia ipsi me auo-
lare fecerunt. Id est oculus mentis tue noli que-
rere in tue peregrinationis itinere me perfecte
cognoscere. quod fieri non potest. quia quo tu ten-
tius me agnoscere queris. eo certius me incompre-
hensibilem esse intelligis. Et ne queras in uia premi-
um. quod tibi in patria reseruatur. Aliter uero sen-
titur. Ac si diceret. Non me semper in corpore
conspiciendum requiras. quem semper per fidem melius
cernis. Idcirco et enim in celum ascendi. ut non
ant. vi. semper tibi localis appaream. Capilli tui sicut
greges caprarum. que ascenderunt de monte galaad.
Qui uersiculi prius expositi sunt. sed repeticio fir-
mitatis indicium est. In capillis populi. in dentibus
doctores. in gemellis fetibus precepta karitatis in-
tellegunt. Sicut cortex mali punici. sic gene
tue absque occultis tuis. Gene aecclesie spiritales
sunt patres ut superius diximus. qui uirtutibus
sunt mirabiles. et moribus uenerabiles. et in christi cruce

gloriari non erubescentes. Et hec magna sunt
ualde que uidentur in ea. sed multo maiora que non
uidentur. et in futurum reseruantur. Unde propheta.
Omnis gloria eius filie regis abintus. Sexaginta sunt ant. vii.
regine. et octoginta concubine. et adolescentula-
rum non est numerus. Regine sunt. que amore spon-
si. et celestis premii intuitu. per predicationem ueri-
tatis et fidei. et sacri baptismatis fonte. sobolem
aeterno regi spiritalem generant. Senarius nu-
merus. ad perfectionem presentis uite pertinet. propter
sex dies in quibus licet bona operari. Concubine
uero simplices in aecclesia significant. qui suscepto
uerbi semine. non spiritaliter sed carnaliter sapi-
unt. siue qui carnali solummodo quo quomodo
christum predicando ut baptizando docent. Adoles-
centule sunt anime nuper in christo renate. quarum
summa propter multitudinem ciuium celestium numerum
transcendit. Possunt itaque in adolescentulis illi ant. viii.
intellegi. qui semper que sancta sunt audire cupiunt.
non tam audita operibus implere satagunt.

Una ē columba mea · perfecta mea · una ē matri
sue · electa genitrici sue ! S cā uidelicet aeccl̄a
uniuersalis per totū orbē una ē matri sue · id ē
celesti hierl̄m · que ē mater omniū nr̄m · unde
ad nos gr̄a spē sci descendit · per quā renascim
dō. Una uero dicitur ! quia expulsis cunctis
reprobis · ipsa tantūmodo sociabitur xpo. Vide
runt eam filie syon · & beatissimā p̄dicauer̄t !
regine & concubine · ꝛ laudauer̄t eā. Quas
prius dixit adolescentulas · nunc filias nominat.
Regine ꝛ concubine idem sunt que ꝛ ante !
que om̄s catholicā laudant aecclām. Que est
ista que ascendit quasi aurora consurgens ?
pulchra ut luna · electa ut sol ! terribilis ut castro-
rū acies ordinata. Vox ē ista synagoge · ammi-
rantis pulchritudinē aecclāe ex gentib⁹ · eo qd
sine iudicus legis · & instructione pphetarum
ad p̄dicationē euangelii tam subito tanta perfec-
tione uirtutū excreuerit · sicut superius admi-
rata iā fuerat. Ait namq⁹. Que ē ista · que

ascendit sicut aurora consurgens · ꝛ cętera. P rogre-
ditur aecclā quasi aurora · quia iā ueri luminis
in ea sol ortus · mundo post tenebras longę igno-
rantię monstratur · uel quando relinquens post se
tenebrarū opera · caste ꝛ sobrie uiuit · & adpfectū
tendit diem. P ulchra ut sol ! quia a sole iusticię
illustrata · noctem mundi illuminat. E lecta
ut sol ! quia imaginē sui conditoris in om̄i iusti-
cię scitate & ueritate portat. Aliter. P ulchra
ut luna in p̄senti scl̄o · per uirtutē ꝛ decorem !
E lecta ut sol in futura beatitudine · uel pulchra
ut luna in coniugatis · electa ut sol in uirginib⁹.
Terribilis aereis potestatib⁹ ꝛ per potestatē li-
gandi & soluendi · ordinata in unitate fidei ·
spei · ꝛ karitatis · & in misteriorū dispositione.
D escendi in hortū nucū · ut uidere poma conualliū.
H ortus & eni nucū · ē aecclā presens ! ubi nr̄as
consciencias alterutrū minime uidem⁹ · sed fracta
per temptationē testa corporis · apparebit interne
dulcedinis gustus. P oma conuallis · fruct⁹ humilitatis.

Descendit enim scā aeccl̄ā per doctores scōs: ut ui-
deat qui pficiunt ad fructus bonorū· qui ue ad
huc indigeant doctrinę irrigatione. Potest &
hor' nucū· canon ueteris ac noui testamti de-
signari: in quo sub tegmine litterę· uelut sub
cortice spiritalis latet sensus· Vt inspicerem si
floruissent uineę· id ē si plebs fidelis in studia uir-
tutū floruisset· & germinassent mala punica: siq
ad exemplū dn̄icę passionis p̄parati essent suum
fundere sanguinē· Nescui· anima mea conturb- .liij.
bauit me: ppter quadrigas aminadab· Vox sy-
nagogę· Nescui dona grāe spiritalis in te ee sponsa:
sed anima mea conturbauit me ppter inductionē
noui testamti· & euangelicę quadrigę· Aminadab
quippe· interp̄tat populi mei spontaneus· id ē xp̄e:
q̄ per totū uehitur orbē· Cui aeccl̄ā consolando·
mox respondit· Reuertere reuertere sunamitis·
reuertere reuertere· ut intueamur te: id ē noli
turbata ee· sed reuertere ad cognitionē tui redēp-
toris· q̄ tibi pocul' in pphetis· i lege p̄missus est·

198

Reuertere puritate fidei: reuertere operū perfecti-
one· O sunamitis· id ē captiua: ia auinculo infide-
litatis reuertere ad tuū redēptorē· ut saluēris·
Quid uidebis in sunamite: nisi castrorū choros· .v.
Hoc ē tu dolens synagogā obdurata: Prope ē temp'.
quod choros bellantiū aduersus malignos spē· i
laudantiū dn̄m in ea uidebis· Potest i aliter intelligi·
Nescui· anima mea conturbauit me· ppt quadri-
gas aminadab· Quid nescuit xp̄e· nisi peccatū·
Nescuit illos etiā: quib' in iudicio dicturus ē· Am̄
dico uobis: nescio uos· Quadrigas aminadab· euan-
gelistas dicit· Aminadab quippe· interp̄tat' poli
spontaneus· id ē plebs aecclę fidelis· Sunamitis
ista· aecclām significat· Cui' etiā figurā sunami
tis illa in libro regū gestaut: qui ob hoc qđ xp̄i
sanguine decoratur· coccinea in latino sonat· cui
frequent' a scis p̄dicatorib' dicit· Reuertere ut
etiāsi peraduersa deliquerit· in desperationē non
decidat: sed a peccandi consuetudine· cū spe indul-
gentie resipiscat· Quam pulchri sūt gressus tui .vj.

in calciamentis filia principis. Hunc laudes ecclāe
ab ipso sponso pferuntur: & primo operū constan-
tia. & mortificatio uoluptatū laudantur in ea.
quā & filiam principis id ē xpi. ob grām bapti-
matis. & nobilitatem utrutū nominat. Junctura
femorū tuorū. sicut monilia: que fabricata sunt
manu artificis. D uorū concordia populorum
spiritali prole fecundantiū. in unctura femorū
designatur: Que sicut monilia fabricata sunt
manu artificis. id ē in effabili largitate condita-
ris nri firmata. In mamillis uero: bona opera
exprimuntur. Vmbilic⁹ tuus sicut crater torna-
tilis: nūquam indigens poculis. Vmbilic⁹ tuus
fragilitas nre infirmitatis crater fit tornatilis:
cum conscientia mortalitatis nre ammonita ca-
lucem uerbi salutaris p̄opta mente proximis ppi
nare satagim⁹. Item in umbilico intelleguntur
qui ñ extremo: sed in medio aecclē corpore cōmo
rantur. In his ergo repperiuntur que sūt uasa
utilia in eo tornatiles. quia ad obediendum. ut

ad oīe opus bonū semper parati: In eo numquā
indigens poculis. qm̄ sci spc gra ex toto repleti. Ven-
ter tuus sicut aceruus tritici. uallatus liliis. Hi
namq; qui semper scārū scripturarū alimēta percipi-
unt. & ea que sunt salutaria in fra se cōgerunt.
atq; alios doctrinā suam uelut triticū erogantes
p̄dicare non desinunt: in uentri similitudinē depu-
tantur. A ceruus tritici uallat⁹ lilius ē: cū abundan
tia boni operis. sola perpetue lucis spe colligitur.
In uentre memoria: in tritico multiplicatio boni
operis: in lilio castitas spei exprimit. Item in tritico
panis: in crātere potus: qui pauperib⁹ dat exprimit.
Duo ubera tua sicut hinuli gemelli capree. De hoc
uersu dictum ē superius: sed repetitio firmitatis
ē indiciū. Duo ubera. doctores sunt utriusq;
populi: Hinnuli gemelli. pp- ter unā cōcordiā.
Item duo ubera aecclāe. duo sunt testamēta: duob⁹
populis ex tra ducē peccati uenientib⁹ coaptata.
Hi enim tamquā hinnuli in xpo renascuntur:
atq; ex his duob⁹ testamentis. lac sapientie sugentes.

Collū tuū sicut turris eburnea. In collo doctores designantur. Qui turri eburnee ꝓpter firmitatē & pulchritudinē comparantur. qui ciuitati dī & robur prestant ⁊ decus. Potest ⁊ in collo noticia sacrarū scripturarum designari. Que id circo turri eburnea appellatur. quia qui uerbo dī insistunt. cotidiano ꝓfectu per nitorē iusticie in excelsiora ꝓficiunt. Oculi tui sicut piscine in esebon. que sunt in porta filie multitudinis. Oculi aecclāe. sunt doctores ꝓpter ꝓuidentiā. sicut collū ꝓpter nutrimenti. Et recte piscine cōparantur. quia fluenta doctrine suis auditorib⁹ ꝑbere non cessant. Per esebon cingulum meroris interꝑtatur. quia sci ꝑuana leticia carnis. cingulo abstinentie constringunt. Et bene in portis filie multitudinis. ob abundantiā populoꝝ concurrentiū. per portam fidei in aecclām. Potest etiā ⁊ per corpora xp̄e intelligi. Nasus tuus sicut turris libani. In naso uerbi dī dispensatores causa discretionis designant. qui odorē iusticie qui ē in xp̄o percipientes. suis porrigunt auditoribus. atq⁹ intellectu discretionis inter odorem uirtutū. & uiciorū fetores. ex alto discernunt. Turri assimilantur. quia per sapientiā eminentissimū locum tenent in aecclā. Que respicit contra damascū. id ē sanguinarios & impios. quia damascus sanguinē bibens interpretatur. significans carnales & crudeles. contra quos sci doctores in turri libani. id ē firmitate aecclē semper uigilant. Caput tuū ut carmelus. ⁊ coma capitis tui sicut purpura regis. uincta canalib⁹. In capite mens. in comis cogitationes designantur. & sicut capite membra. ita mente cogitationes reguntur. ut in carmelo. id ē in sublimitate uirtutū. & passione xp̄i. que nomine purpuree exprimit. uersentur. Canales p̄cordia sunt scōz. in quib⁹ alligantur tales cogitationes. Aliter. Caput aecclāe xp̄c. quo sublimius nihil ē. Coma capitis. eminentiores quiq⁹ sci. beati uidelicet martyres. consimilati purpura regalib⁹ ornamentis. ⁊ salutarib⁹ copulata doctrinis. Quā pulchra es & decora karissima in deliciis. Pulchra dicitur

Tu autē d.

aecclā fide & opere · decora ornamūs uirtutū · karissima etiā per dilectionē in deliciis · id ē in spiritalib⁹ uirtutib⁹ · Statura tua assimilata ē palmę · ↄ ubera tua botris · id ē rectitudo bone operationis semper ad uictoriā tendit · Uberib⁹ doctores aecclē ppter lac primę eruditionis cōparantur · & botris aequantur · ppter misteria dulcissima aeternitatis · Dixi · Ascendā in palmā · apprehendā fructū ei⁹ · Apte enī uictoriosissima crux palmę cōparatur · in qua xp̄c ascendens · fructū ei⁹ apprehendit · Illi enī in palmā ascendunt · qui in cruce xp̄i pficiunt · de quo apls̄ ait · Qui enī sunt xp̄i · carnē suā crucifixerunt cū uicis & concupiscentiis · Et erunt ubera tua sicut botri uineę · id ē dona quę largit ē scę aecclāe · quę ex illo tempore botros uineę germinauit · id ē scos doctores · qui maiori scientia & grā post crucē ↄ resurrectionē saluatoris habundabant · Possunt & ubera p̄dicatores aecclę qui renascentes in fide nutriunt intelligi · Et odores tui sicut malorū · Guttur tuū · sicut uinū optimū

ad potandū · In gutture uox presentis doctrinę · in odore fama absentis designatur · Ideoq⁹ uino illa ppter fraglantiam uirtutū · hęc mal⁹ ppter suauitatē absentis famę cōparantur · Dignū dilecto meo · Rapuit enī sponsa uerbū ex ore sponsi · quia ille uino optimo eam cōparauit · ↄ subiecit · Dignū dilecto meo · id ē tanta sublimitas ē euangelicę p̄dicationis · ut ipse dilect⁹ mi⁹ prim⁹ per incarnationē apparens mundo iter celeste aperuit · Possunt in gutture illi intelligi · qui per euangelicam p̄dicationē · corda auditorū inebriant · unde xp̄c potatur · cū ex ea etiā xp̄iani qui mēbra ipsius sunt in cōparabili dulcedine sōciant · Labus q⁹ & dentib⁹ illius ruminandū · id ē apls̄ ↄ p̄dicatorib⁹ quib⁹ maxime dedit ad meditandū · Ego dilecto meo ↄ non alteri · cui totam curā seruitutis & dilectionis impendo · Et ad me conuersio ei⁹ · id ē me solam diligit · & adiuuat me · ne deficiam in uia · Cui dilecto ex uoce aecclē p psalmistam dicitur · Adhesit anima mea post te !

me suscepit dextera tua. Veni dilecte mi egrediamur in agrū. cōmorem in uillis. Mane surgam ad uineas uideam si floruit uinea si flores fructus parturiunt si floruerunt mala punica. Quia nullatenꝰ aecclā uel ad bene operandū egrediendo ꝓcedere ut in exercitio bonę operationis persistendo cōmorari uel saltem ad ꝓpositū bene agendi assurgere uel animos auditorū suorū quantū ꝑfecerunt discernere sufficit nisi dī grā adiuta qui dixit. Ecce ego uobiscū sū oīb̄ diebꝰ usqꝫ ad cōsūmationē sēcli. Egreditur xp̄c cū aecclā in agrū quando per scōs doctores uisitat mundū. Cōmoratur in uillis per fidē sc̄licet in populis ex gentib̄ credentib̄ circūquaqꝫ diffusis. Mane consurgit ad uineas ut animę quę per fidē iam meruerī colligi in matutinis xp̄m resurrexisse cognoscāt nec ultra de sui corporis resurrectione dubitent. Videam si floruisset uinea si aecclā fructus fidei parturit si flores fructꝰ parturiunt id ē si sēi fideles quod corde crediderunt ore ꝓnunciant.

Si floruerunt mala punica id ē si illi qui in xp̄o crediderunt in tanta dilectione ꝓficiunt ut etiā ꝑ ipsō occidi delectentur. His enī singulis sponsa dilecti sui p̄sentiā querit. Ibi tibi dabo ubera mea id est paruulorū meorū pedagogos. Quia in his omnib̄ ꝓficiunt sēi doctores in hac sc̄ā confessione sociabuntur tibi doctores mei. Et quia parati sunt ut paciantur pro te regnabunt apud te. Mandragorę dederunt odorem in portis nr̄is. Mandragorę duo sunt genera masculus ⁊ femina. Femina rubea masculus albus ⁊ utrusqꝫ una uis ad medicamēta. Mandragorę dicę quod habeant mala suaue olentia in magnitudine mali. Vnde & eam latini malū terrę uocant. Hanc poetę antropomoreos appellant quod habeant radicē formā hominis assimilantē quę datur uino ad bibendū quorū corpꝰ ꝓpter curā secandū ē ut soporati dolorē non sentiant. Mandragorę ꝓpter multimoda medicaminū genera scōrum uirtutib̄ cōparant quę more

medicorū ad salutē animarū · ut a uiciorū infirmitatib⁹ sanentur ostendunt. Porte aecle · doctores sunt sci. Et in huiꝰmodi portis · mandragorę dant odorem · cum spirituales quiq⁹ ex se uirtutū palmam longe lateq⁹ spargunt. Omia noua ⁊ uetera dilecte mi · seruaui tibi. Poma noua ⁊ uetera. p̄cepta siue pmissa sunt noui testamti & ueteris. que omia ad ei grām refert aeclā. Siue patres noui testamti & ueteris possunt intelligi · quia una eadē q⁹ aeclā. Quis mihi det te fratrē meū. sugentē ubera mea. Vox ista ē antiquorū uirꝰ. optantiū aduentū xpi in carne. ⁊ illū in sỹnagoga nasci ac nutriri · iuxta humanę conditionis naturā. Et inueniam te foris. ⁊ deosculer; Intus erat dilectꝰ · dū in principio erat uerbū. Foris · dū uerbū caro factū ē. Et deosculer · id est facie ad faciem uideam · & os ad os loquar. De quo osculo · in exordio libri satis arbitror dictum. Et iam nemo despiciat. Ante aduentū xpi · intra angustias iudee tantū fuit aeclā · post ascensionē in toto mundo dilatata fuit · ⁊ uenerabilis effecta. Prius dictū fuerat · notus in iudea dꝰ · nunc autē dicitur · exaltare super celos dꝰ · & super omnē terrā glā tua. Potest & aliter intelligi · Sugit ubera matris xpc · cū hỹstorius prisce legis · xpianus populus reficitur. Matrē quippe aeclāe · id ē corpus xpi sỹnagoga dicit · cui in primordio eloquia diuina credita sunt · & qui in ueteri testamto sub figura tegebatur · per euangeliū in nouo in ueritate repperitur. Apprehendam te · id ē prompta ac fideli deuocione uenientē accipiam. Et ducā te in domum matris meę. Per acta cārnis dispensatione · redeuntē letis ducam luminib⁹ in domū matris · id ē celestis hierlm quę ē mater nrā. Ibi me docebis · id ē faciesme potiora sperare dona · quā in lege habuissem. Et dabo tibi poculū ex uino condito · id ē amorem feruentē uarus uirtutū pigmentis · odoratū uel ornatū. Et mustū malorū granatorū meorū · id ē gloriosū martyrū scoꝝ triūphū ·

Qui feruentissima karitate per ferrum flāmasq; ad te transire non dubitant. Aliter. Ducit aeccl̄a xp̄m in domū matris celestis hierlm̄. quando cum om̄ib; bonis que p̄ suam gr̄ām consecuta ē. etiā ipsa perduci meretur. ibiq; docetur. ut iam non in enigmate per speculū. sed facie ad faciē uideat. quando optimos ⁊ dulcissimos ptulerit martyrū fructus. uelut mustū malorū granatorū. Leua ei sub capite meo. ⁊ dextera illius amplexabit me. In leua. incarnationis xp̄i dona. in dextera futura scōrū cū xp̄o gaudia exprimuntur. Vel in leua p̄sens uita. quā sci sub capite mentis ponit. quia despiciunt. in dextera beatitudo. quā sci ob nimium desiderū amplexantur. De hoc uersu superius latius abundēq; ē disputatū. Que ē ista que ascendit de deserto. delicus affluens. Verū & hinc iam disserendum. Sed quia repetitio uersuū. firmitatis ut sepe dixim̄ inducū ē. nunc tangam breuiter. Vox synagoge uel pphete admirantis. quomodo aeccl̄a de deserto gentilitatis in sponsi subito amplexus ascendisset. Cui per pphetā dicit. Pro eo quod fuisti derelicta. & odio habita. Et in psalmo. Errauerunt in solitudine in inaquoso. Delicus affluens. id est om̄iū donorū pulchritudine. In nixa super dilectū meū. qua om̄ia que habet. ad gr̄ām ipsius refert. stabilita in eo fide. spe. & karitate. in eum quē mihi soli cōmittendā credebā. Sub arbore malo. suscitaui te. Respondit sponsa p synagoga. Ipse sponsus sub arbore crucis a perpetua morte liberauit te. ut aplos. & ceteros electos ex iudea. Ibi corrupta ē mater tua. ibi uiolata ē genitrix tua. id ē maior pars plebis xp̄m negando. ⁊ barrabā eligendo ad crucē reprobata ē. Pone me ut signaculū super cor tuū. & sicut signaculū super brachiū tuū. Signaculū in brachio uel digito. ob memoriam cui libet rei ligamus. Per cor cogitatio. & per brachiū operatio designatur. Id ē si me uelis habere sponsū. int̄ karitas sit fide non ficta. & foris operatio deuota.

W. dei gr̃a Romanorũ Rex semper augustus. Willelmo abbati [illegible] salutem et omne bonũ. Cum ad audientiam nr̃am peruenerit quod W. miles de [illegible]

& sic recipies fidem meã. ut eam inmaculatam custodias. Et quia per crucem meam signaculũ accepisti. thesaurum iusticie que in te contuli. a nullo fure auferri pertimescas. ut tã cogitatione. quam etiam operatione ad illud signũ recurras. & sicut ego te in tantũ dilexi. ut mori uoluissem pro te. ita econtrario sci tui mortẽ non recusent pro me. Quia fortis ẽ ut mors dilectio. dura sicut infernus aemulatio. Fortis ẽ usq; ad mortẽ dilectio mea in te ó synagoga. sed tua emulatio. dura in me fuit sicut infernus. Sed uerte emulationẽ in dilectionẽ. & eris m̃ sponsa & soror. 7 amica. Lampades eius lampades ignis. atq; flãmarũ. Dilectionis lampades. corda sunt fideliũ. in quib; karitas inhabitat. semper splendida. & nitore karitatis munda. atq; igne spc̃ sci ardentia. flãmarũ q; bone operationis mittentia globũ. Aque multe non poterunt extinguere karitatẽ. nec flumina obruent illam. Aquas multas 7 flumina. tẽptationũ

claustro [illegible] multa mala perpetrauit et in monachos uiros manus armatis cucullis [illegible] confractis uiolenter [illegible] iniecerit.

dicit incursus. que uisibiliter seu inuisibilit̃ animas fideliũ inpugnant. quib; karitas non cedit. Si dederit homo omnẽ substantiã sue dom; quasi nichil despicient eũ. Sci uero tocius substantie diuicias. p dilectionis xp̃i magnitudine dantes. quasi nichil despiciebant eũ. id ẽ mundũ. Alio uero modo ex superiorib; pendet sententie sensus. Cũ enĩ dixisset aque multe uel flumina non poterunt extinguere karitatẽ. subiunxit. si dederit omnẽ substantiam dom; sue. & cetera. ut illud intellegatur quod apls̃ ait. Et si distribuero in cibos pauperũ omĩs facultates meas. 7 si tradidero corpus meũ ita ut ardeam. karitatẽ autẽ non habeam. nichil mihi pdest. Soror nr̃a paruula ẽ. & ubera non habet. Quid faciem; sorori nr̃e. in die quando alloquenda ẽ. Prima nascentis aecclãe de gentib; tẽpora designat. quando adhuc & parua fuit numero. 7 min; idonea p̃dicare uerbũ. ut apls̃ loquitur. Non potui loqui uobis quasi spiritalib;. sed quasi carnalib;. Tamquã

deus qui sanguinē suū fudit in cruce pro omniū salute misereat̄ aīe Henrici de Allmar monachi [illegible]

paruulis in xp̄o · lac uobis potū dedi non escā. Qua-
si uox sponsi uel aplorū de ipsa ad synagogā dixis-
set. Quid faciem⁹ sorori nr̄e in die quando alloquen-
da ē. Ac si aperte dicat. Parua quidē ē aecclā
gentium. 7 nec uerbi dī mysteriū sufficit subire.
Quid ergo tibi uidetur ó synagoga de sorore nr̄a
faciendum. quando alloquenda ē. id ē per uerbi
misteriū ducenda in fidē. Synagoga tacente.
ipse sponsus. siue apli. quid fieri debeat respondit.
Si murus ē. aedificem⁹ super eam ꝑpugnacula
argentea. Ac si diceret. Si aliquos habet in se
fortes in fide. uel claros in genio. uel philosophia
instructos. addam⁹ illis ꝑpugnacula argentea. id ē
scientiā diuinarū scripturarū. ut eo facilius possint
ꝓtegere infirmos atq; indoctos. Si ostiū ē. conpin-
gamus illud tabulis cedrinis. id ē si sint simplices.
tam docendi studio inhiantes. 7 uelut ostiū quod
aperitur 7 clauditur. temp⁹ tacendi uel loquendi
intellegunt. Proponam⁹ illis priorū exempla
iustorū. quo certius 7 efficatius docendi implere

possint. Cedri uirtutes scōrū. & tabule latitudinē
significant karitatis. 7 ut cū aplo dicere ualeant.
Mihi autē absit gloriari. nisi in cruce dn̄i nr̄i ihū
xp̄i. per quē mihi mundus crucifixus ē. 7 ego mun-
do. Ad hec namq; ipsa respondit aecclā. Ego
murus. & uerba mea sicut turris. ex quo facta
sum corā eo. quasi pacē repperiens. Ego de uiuis
cōpacta sum lapidib⁹. & glutino karitatis aduna-
ta. & super fundamentum immobile edificata.
& doctores mei fortissimi uelut turris. qui &
paruulos nutrire sciunt. & omīa maligna ex-
pellere. Et accidit michi ex eo tempore quo xp̄c
me reconciliauit. & pacem per eū repperi.
Vinea fuit pacifico in ea que habet populos.
tradidit eam custodib⁹. De quo apls ait. Ipse
ē pax nr̄a. qui fecit utraq; unū. Et de quo pro-
pheta. Multiplicabitur inquit ei⁹ imperiū.
& pacis non erit finis. Vinea id ē catholica
aecclā. fructu abundans fidei. fuit pacifico id ē
xp̄o. quia omīa pacificauit in celis 7 in terris.

in ea congregatione qua multos populos possidet ex toto orbe · non in iudea solum; tradidit eam custodib⁹ pphetis · uel aplis siue euangelicis dogmatib⁹ · uel angelicis dignitatib⁹ · Vir afferr pro fructu ei⁹ mille argenteos · id ē xpc appendens regnū celorū pro scis laborib⁹ uel elemosinis ei⁹ · Potest & aliter intelligi · Vir afferr pro fructu ei⁹ mille argenteos · id ē pro retributione aeterna · Hoc uidelicet uir afferr mille argenteos · id ē pro adquisitione celestis regni · qui ē fructus uinee · cuncta que mundi st̄ reliquit · Millenarius numerus · pro perfectione accipitur · illius · qui omia reliquit · Vnde & argentei pomi pecunia accipiunt · Vinea mea coram me est · Vox sponsi · Quia post resurrectionē futura sci⁹ oms semper cum dño erunt · sicut ipse ait · Volo pater · ut ubi ego sum · & illi sint mecū · Aliter · Ac si diceret sponsus · Verum & si te aliis cōmendē custodib⁹ · tamen te semper habeo in mea psentia · audens & remunerans laboris tui in omib⁹ deuocionē · Mille tui pacifici · Mille tui · subaudit argentei · Quasi dixisset · Qui amore meo cuncta sua dimittit · in pace habere seruata cognoscat · significans simpliciores in aeccl̄a · qui omnē substantiam millenario signatam numero · pro karitate dī amittunt · Et ducenti hi qui custodiunt fructū eius · id ē argentei hi qui custodiunt fructus eius qui sunt doctores sci · qui omia mundi dimittunt · & in uerbo pdicationis laborare non cessant · Huic uero duplici remuneratione · que centenario designatur numero donantur apud me · Potest & aliter intelligi · Duodeci quippe · si per centenarū numerū multiplicantur · mille ducentos efficiunt · Qui numer⁹ utiq⁹ aplis · uel apostolicis uiris congruit · Hi pacifici · id ē xpi discipuli merito appellantur · a quib⁹ sca regitur aeccl̄a · Que habitas in hortis · amici auscultant · Fac me audire uocē tuā · In hortis enī aeccl̄a habitat · que iam uiriditate spei · & bonorū operū repleta ē · Ac si aperte dicat · Quia locutio finienda ē · hoc ultimū uale a me audiru · Semper habita in

hortis uirtutū! & scīo quod amici · id ē angelici
spē · & animę scōrum semper te considerant · & de
tuo gaudent profectu · Tē amici auscultant!
quia oēs electi · ut ad celestē patriam reuuisant ·
uerba uitę audire desiderant · Fac me audire
uocem tuā · id ē uerbū predicationis · & uox
laudis! quantū uales semper audiatur a me ·
Adhec sponsa respondit · Fuge dilecte mi!
& assimilare capreę · hinnulo q⁹ ceruorum
super montes aromatū · Ac si aperte dicat ·
Qm̄ in carne apparens · p̄cepta ac dona uitae
michi detulisti! nunc his peractis · reuertere
in sinū patris · O mi dilecte · assimilare capreę
hinnulo q⁹ ceruorū super montes aromatū ·
id ē & hoc mihi sit solacium · quia continua
uisione nequeo te cernere! saltem crebra uisita
tione me consolari memento · Xp̄c similis capreę
pter similitudinē carnis peccati · qui de patri
archarū sturpe · uelut exterius genitus!
Hinnulus pter uarietatē uirtutū dicitur ·

qui cū qua carne ad cēlos ascendit · cum ipsa uersa-
tus ē in terris · Montes aromatū · angeli intelle-
guntur · super quos exaltatus ē homo assumptus!
sicut psalmista ait · Ascendit dn̄s in iubilatione!
& dn̄s in uoce tube · Hinc iterū ait · Ascendens
xp̄c in altum! captiuā duxit captiuitatē · dedit
dona hominib⁹ · Hinc lucas ait · Et dn̄s ih̄c
post quam locutus ē eis · ascendit in celū! & sedet
a dextris dī · Iam enim tandē aliquando dō
fauente liber finē postulat · quē calceteni⁹ ipso
amminiculante recta ut credim⁹ indagine ·
uera q⁹ iuxta sensum doctorū · nr̄i q⁹ fragilita-
tem sensus perduxim⁹ · & imperialib⁹ decretis ·
atq⁹ augustalibus ō cesar auguste · quā quam
pauide parere studuim⁹! Quem suppliex supplı-
cando supplico excellentię culminis ur̄i · ut
subtili inuestigatione lustrare nobilitas ur̄a
non pigeat · & sūmo studio scōrū doctorum ·
opuscula · pariter ur̄a sollertia perlegere stude-
at · Si enim theodosius imperator in imperio

natus & educatus · tante excellentie extitit · ut singularū totius orbis monarchiā optineret · prisciani gramatici romane eloquentie decoris librum · diserti tudine mira diligentissimū · calceteq; teneris digitulis ppriisq; articulis describere curaret · atq; ex cuius precio distracto q; cōmertio · despectis imperialib; dapib; uiuere semper consueuerat · & tanto studio uiguit · ut iugi meditatione ꝛ propria descriptione legem romanā diuinitus inspiratam describeret · & mores romanorū distortos · mucrone quodāmodo legis ad normā rectitudinis corrigeret · atq; a sua duricia coherceret · adeo · ut bis expletis angelica salpix nocturna ustione celitus ei innotuit · & per oroma somnu gratulando uocem extulit dicens ·

roma · usio in omnis uera ·

tuba

Liber inquit legis non recedat de ore tuo · sed meditare in eo die ac nocte · quanto magis o mitissime princeps debes propriis studiis sacrarū diuinarū auctoritatē iugi meditatione percurrere · & altitudinē diuine legis uelut quodāmodo montem appetere · ut doctrina spiritali instructus · & te sacagiter ad altiora uirtutū prouehere · & alios ad tramitem rectitudinis prouocare ualeas ·

Quod profecto · plenius penetrare & quodāmodo montē diuine scripture subire · nisi solerti studio · & puritate cordis & pudicitia corporis non quiueris · Scriptura & enī sacra · ut sepe ꝑfat⁹ tractator ait · mons ē · de quo in nris cordib⁹ dns uenit · De quo etiā pphēta ait · Dns a libano uenit · & sēs de monte umbroso ꝛ condenso · Iste mons condensus ē per sententias · ꝛ umbrosus per allegorias · Sed sciendū quia cū uox in monte sonat · uestimēta lauare ꝑcipimur · & ab omī inquinatione carnis mundari · si ad montē festinemus accedere · Scriptū quippe ē · Quia si bestia tetigerit montē · lapidabit · Bestia tangit montē · quando quis luxurie · aut irrationabilibus motib⁹ deditus · scripture sacre celsitudini appropinquat · ꝛ non eam sēdm̄ qd debet intellegit · sed irrationabiliter ad sue uoluptatis

intellegentiam flectit. Sed iste talis absurdus uel
sensu piger si circa hunc montem uisus fuerit atro-
cissimis sententiis ueluti lapidibus necatur. Ardet
enim iste mons quia sacra scriptura que spirita-
liter replet amoris igne succendit. Unde per
moysen dicitur. In dextera eius ignea lex. quia
in electorum mentibus qui ad dexteram iudicis statu-
endi sunt flagrant diuina precepta. et karita-
tis ardore succensa sunt. Idcirco augustale decus
et francorum gloria gentis rationabilibus mentibus
et castimonia corporis stude montem istum subire
et feruore karitatis succensus legendo pene-
trare. ut pro merito intellegentie et aliorum
quos corrigere uestra sagax prudentia studuerit.
perfecto montes aromatum id est celsitudines angelorum
tandem domino fauente adire atque ad eorum suffragia
orationum ad dexteram iudicis cum sanctis imperatoribus
et consulibus collocari merearis. pariterque a domino audire.
Euge serue bone et fidelis quia super pauca fuisti fidelis
supra multa te constituam. Intra in gaudium domini tui.

Explicit Tractatus Angelom.

Confessio per se.

Confiteor tibi domine rex celi et terre. quia peccaui
in lege tua. in cogitationibus in uerbis in factis. quoniam multa sunt peccata mea. et negli-
gens sum de opere dei et de ordine meo. quia peccaui de uana gloria. de superbia. de detrac-
tione. de fornicatione. de furto de periurio. de falso testimonio de adulterio de concupiscen-
tia carnali. de v. sensibus corporis. de gula. de crapula. de omnibus malis que ego negligenter commisi.
ueniam peto inde domine. quia nimis culpabilem me recognosco.

240

Confiteor deo et beate Marie et omnibus sanctis et tibi pater **Confessio generalis.**
quia ego peccator peccaui nimis contra legem dei mei. Ego peccaui et pecco sepius recipiendo
inutiles cogitationes de rebus mundanis. et cogito sepe de diuitiis et honoribus. et pono me
quandoque apud me in statum alicuius diuitis uel potentis. et ymaginor cum quadam delectatione
uelle facere uel que me uelle habere si essem in tali statu. et in huiusmodi cogitationibus deducitur
meum quando deberem intendere psalmodie. orationi et deuotioni. Aliquando etiam recipio in me affectiones et
representationes malas de peccatis carnis. et de modis peccandi. et sic in temptationes illas nimis unde re[uol-]
uo in corde meo. Nimiam etiam moram facio in talibus cogitationibus. Negligens etiam sum. quod non ita mundum con[ser-]
uo cor meum sicut possem per dei gratiam si adhiberem diligentiam. Ego sepe inordinate moueor in corde meo [co-]
gitationes superbie. inuidie. indignationis et ire. Ego non ita studeo me humiliare coram deo pro consideratio-
ne defectuum meorum. et quandoque magis defectus aliorum quam meos ipsos considero. et ex hoc contingit quod ego alios despi-
cio. et me extollo. Ego non ita ex corde congaudeo bonis et profectibus aliorum. nec ita de defectibus et infortunio
ipsorum doleo sicut deberem. Aliquando etiam propter modicam offensam michi illatam nimis indignor. et animum meum ad [quan-]
dam uindictam dispono. Non ita doleo de peccatis meis preteritis sicut deberem. nec ita humiliter et instanter [de-]
precor eis satisfacio. et quam deberem conteri et dolere de illis. Sentio potius delectationes et motus carnis. Et [se-]
pe omitto. quod non regratior domino de beneficiis que ipse michi contulit. et passionis ipsius non sicut ita memor s[um]
ut expedit. Ego sepe iudico in corde meo et reprehendo uitam aliorum. et meam negligo. Ego raro dispono
cor meum per bonas meditationes ad timorem et amorem dei. Ego sepe pecco in malis uerbis. nam in uerbis le-
uibus et scurrilibus et iocosis excedo. et si ipse quandoque non loquor huiusmodi. delector tamen audire [ta-]
lia. Sepe in absentia aliorum mala de ipsis locutus sum per detractionem. Si de bonis et uirtutibus aliorum
sermo fuit. bona minui per quod potui. indifferentia uerti. mala nimis prodaui. Me ipsum sepe com-
mendaui. et iactando locutus sum de bonis que forte non habui. et de malis que olim feci. pro quibus potius del[ebam]
erubescere. Turpia etiam uerba de mulieribus uel ipse locutus sum. uel ab aliis libenter et patienter audiui.
Mala etiam que de aliis audiui ad alios recitaui. et sic bonam famam aliorum maculaui. Mentitus sum que[m]
ex impulso sepe falsum dixi. et cum uerbis contumeliosis et asperis contendi cum aliis. Neglexi consolari tristes et paupe[res]
sed ipsos petentes etiam cum quadam indignatione repulli. Adulatoria uerba quandoque dixi diuitibus non ab ip-
sis diligerer. Ad horas et in orationibus meis psalmodiam negligenter protuli. uerba precedi non in corde habui [sed]
ore tantum ruminaui. In seruicio dei piger et torpidus sum. non ita uiriliter resisto temptationibus carnis
et aliis. sicut deberem. Aliquando alios offendo. non satisfacio eis. Et timeo quod non sum diligens et fidelis [in] his
que fidei mee committuntur. Magis sepe comedo et bibo quam necessitas mea requirat. et abutor creaturis
dei. Non confiteor ita pure et frequenter sicut teneor. non satisfacio secundum possibilitatem meam. Sepe negligo
quod non habeo deum pre oculis. non ita reuereor tempora et loca et personas sibi dicatas et cetera. Male custodio sensus
meos. uisum. auditum. gustum. tactum. odoratum. Oculos sepe ad uanitates dirigo. quando transeo per plateas.
Mulieres ornatas. uultum et incessum earum diligenter conspicio. et oculos in faciem earum dirigo. ut p[ostea]
ea concupiscentia grauant mentem. Iterum cum delectatione audio rumores et alias relationes inutiles sepes
et noxias. uel de infirmitatibus aliorum. Etiam gustui sepe satisfacio in cibis delectabilibus. et sepe
non meam necessitatem. sed magis uoluptatem in sumendis cibis attendo. Manus etiam meas non conserua-
ui mundas a tactibus illicitis et impudicis et que ad me et que ad alios. In obseruantia x. preceptorum
negligens fui. Non fui deuotus ad cultum dei per fidem. spem et karitatem. Omnium ipse sit creatura ui-
xi. summe largus et summe bonus. et ob hoc deberem ipsi per fidem credere et super omnia diligere heu sepe
res transitorias plus ipso dilexi. Nomen dei in uanum sumpsi. solo nomine deos xpianus. In diebus festiuis ab opere s[eruili]
uili et maxime a peccatis que me fecerunt seruum diaboli non abstinui. Parentibus meis carnalibus et spiritualibus honorem
quem tenebar non exhibui. Etiam in operibus misericordie negligens fui. quia sitientes uisitare. potare. cibare. tectum dare. colligo
condere.

Ad consultū ueritatis · attendite qui errati S ·
Vitanda ē in aeternū · uia ducens ad infernum
Haec ē uia durę sortis · sub aeternę iugo morti S ·
Ibi semp sunt tortores · unusquisq acriore S
Quos si semel quis sentiret · & ad uitā post rediret
Igne mallet hic cremari · quā cum ipsis reputari
Vtrum in illum locū · ubi scimus esse focum ·
Cui flāmę nō repescunt · cui pęne non decrescunt
Quā felix esset pęna · quā excellens quā amęna
Qua cū forte quis elisus · mercēs esset & paradisus ·
Ibi splendor · ibi dies · pax aeterna · iugis quies ·
Splendor unquā nube carens · dies illa sēp clarens
Nec mirem nec his pęnis · cum sit idē interrenus S ·
Nemo nisi p laborem · hic pungit ad honorem
Nec ē honor hic credend · cum sit bonus fugiend ·
Sed sic solet nos blanditi · quorens hostis impediri
Xpiane caue caue · qui portaris mundi naue ·
Non credat anima fideli · quod sit honor nisi cęli
Recognosce qui te fecit · qui de morte te redemit ·
Si non erit dī cultor · ipse dī erit ultor

Nos tenemur reb mundi · nec timem hunc ēfundi ·
Orbat orbis suos cuncs · pauper erit suus dues S
Orbat quidem illo patre · qui potens ē nos saluare ·
Qui dues ē dī dono · non carebit umquā bono ·
Non p mutat sicut ille · cui opes ut faullae ·
Cui corda sunt supba · cui mercēs est acerba
Inimicō arte querit · dāpnum utę quę non perit ·
Nolet nullū adquisisse · cum se sciat amisisse
Et cum sit hoc nob notū · cur de nob implet uotū ·
Hic respondent quida rei · dī miserere mei ·
Sed ppter hoc miserere · non uult dī indulgere ·
Qui relicta mundi sorde · adquiratur puro corde
Per quam ut credam · nil ualere qd amam ·
Nulla debet esse mora · incerta ē finis hora
Nemo ppter iuuentutē · min pensat ad salutē ·
Omnis sexus · omnis aetas · cito utę sentit męta S
Non sint corda tam tenella · quod refutent dī mella ·
Hinc adregnū puenit · quod postea non finitur
Regnū dī est uenale · nil emendum erit tale ·
Ex uirtute meritoę · adimpletur illud forum

Si precū non habem⁹ · nos inseruos ei demus ·
Qui aduersam libertatē · nrām rogat seruitutem
Apud nos ē supfluū · quē rogare quod ē suum ·
Sed rogati sum⁹ illi · cum nec nri sint capilli
humilitas tanta mones · ut se quisq; dō dones ·
Merces cogit festinare · quę tam parat salutare
Nos retardat mundi cura · semp̄ suis nocitura ·
Nos dāpnabit noduis iste · nisi soluas pie xpe
Discat omis xpian⁹ · quam sit locus ille uanus ·
Vbi pene totus orbis · animarū languet morbis
Principat⁹ sunt grauantes · subiecti sē arrogantes ·
Ex hoc orte crescunt spinę · suffocant⁹ res diuinę
Vix honores dantur eis · qui mederi sciant reis ·
Sed qui gaudent se p̄ esse · plangant suis n̄ p̄desse
Ores mira · res diuina · peccatorum medicina ·
Medicinā peccatōe · de se fecit rex cęlorum
Et nos rei & caduci · non parem⁹ tanto duci ·
Qui nec factis · neq; dictis · laboram⁹ p̄ afflictis
Heu heu quant⁹ error · qđ non datur illis honor ·
Qui sedm rectā legem · gubernarent dī gregem

Qui peccato nunc adherent · aut correcti pęnituerent ·
Aut si dicta n̄ curarent · uel tormēta trepidarent
Sectatores p̄ditorū · quod habetis hic decorū ·
Bene potest uob̄ dici · dī est⁹ inimici
Inuasores & p̄turi · qui tā estis corde duri ·
Quanto magis hic peccatis · tanto dn̄m̄ p̄uocatis
Vos ꝓspectat sum⁹ iudex · q tam iust⁹ esse uindex ·
Aliquando uob̄ p̄stat · quod demulcet & infestat
Non tā cito uult dāpnare · quos dignat⁹ ē creare ·
Solo mortē peccatoris · uox ipsius sonat oris
Exaltate regē regum · adimplendo uerba legū ·
Omnū dicat omis homo · qui de dī sperat domo
Nom⁹ illa spiritalis · dom⁹ unę nulla tali s ·
Qui hic seruant dī leges · illic intrant & st̄ reges
Rex dī⁹ auctor pacis · qui de seruo regem facis ·
Non meliꝰ ē sinister · qui hic tuus ē minister
Attendam⁹ ad tyrones · passos xpi passione s ·
Qui p̄ mundū quē uicerunt · coronari meruerūt
Non un⁹ p̄mus erant tales · quales facti spiritales s ·
Multis tormētis primit⁹ · probati sunt diuinitus

Ad conflictum veritatis adtendite qui estis
Vitanda est in etnū via ducens ad infernū
Hec est via dire sortis sub etne iugo mortis

Hunc incœsti gīa euis fruuntur gratia
Cui frui aspectus sat est supernus ciuibus
Quid nos retardant onera quę ptrahunt ad funera
Ro xpō caro mortua flatū mittit ad ardua
Sed inquis tortor affuit q tunc torquendo pfuit
Pacata nunc ęcclia & nusquā sunt martyria
Quanta pugna spē cū quo plus mille arcubus
Hostis maligni conserit pugnat plerūq; ēterit
Delectat te militia impugna spūalia
Oppone pectus uicibus commitre cū nequiens
Hac fuge illac sequere hic cessa illic consere
De uicta mundi gīa quę pulchrior uictoria
Peccasti geme desine pstat p casū surgere
Si iustus es da gloriam ne pdas dī gratiam
Salus o spes omnium pax & robur fidelium
Qui nat⁹ es de uirgine cū sis lumen de lumine
Caro tua te moneat precetur & optineat
Ne sub carnali impetu presso cadamus spū
Te ipsum quē deposcimus tibi dō offerimus
Tu rege tu iustifica tu nos tibi concilia Amen

213

De Symonia Heresi

Crevit in ęcclia monstrū genitore losinga
Symoniacū secta canonū uirtute resecta
Cetre nimis cessas symon uolat ardua tēptat
Recipe spūtib; lenescat ut iste uolatus
Qua uolat arte cadat petra tale uolatile fiat
Et ruat hęc turris faciat tibi tradita clauis
Ecce domū pacis arietes quatit impietatis
Prodolor ęcclię nūmis panduntur & ęre
Claue symonica reserantur oulia scā
Si presens esses furem petre nonne ferires
Malleus argenti confringit oulia xpi
Quid lex sacra facis quid scā nucea sileseis
Dormis an uigulas nam cur sententia cessat
Es nimis in iusta fit nūmis presul & abba
Filius atq; pater sed spē almus ab horrea
Grā furtiuę quia dampnat dona monetę
Filius ē presul pater abbas symon uterq;
Est petrus ex clusus modo symon in arce locat
Sub specie scā uestit ueste cuculla

Cerne lupum monachū · bene gr̃at ab ante retrorsū ·
Est bene sub tonsus · botus · tunicisq; politus ·
Curat crede mihi · cui xp̃c credere nescit ·
Stat lupus ad caulas · premit agnū dura leena ·
Hic tremit · illa premit · canis adstat · opilio dormit ·
Et reor ē notus · similiq; cadauere pastus ·
Et semel emissus fugit inreuocabilis arcam ·
Et mopso nisa · coruo datur ecce columba ·
Qualis pullus erit quē fert cōmixtio talis ·
Ne monstrū pariant faciat dñs ouā putrescant ·
Alba datur nigro · detur modo tigris onagro ·
Agna lupo · lepori canis · aprō capta leena
Cerua bouī · bos ursē tibi · uulpecula linci ·
Passerib⁹ ꝑdix · miluus societur olori ·
Accipitres merulis · bubonib⁹ auca sinistris ·
Mīa mutentur · possint quia posse uidentur
Regnat enī symon · cū symone pessima māmon ·
Quid non sperem⁹ · si nūmos possideamus ·
Mīa nūm⁹ habet · quę uult facit · addit · ꝯ aufert ·
Securus regnat · obstant contraria nulla ·

Anna ꝛb⁹ nupsit Joachī · cleophe · salomeq; · Ex his cuiq; suā genuit
secunda mariā · Joseph nata dat⁹ Joachī · ds hac gnāt⁹ · Aliā cleophe ·
nuit · hac Alphe⁹ gnāuit Joseph · symonē judā jacobūq; minorē ·
filia q̄ saleme fuit · illa ꝛ Zebedeo · maiorē jacobū peperit · oī fra

Destribuit leges · quia non sperētis ementes ·
Siquid forte nocet · adsit modo nūmul⁹ aufert ·
Cumulus ē parma · fit mūmul⁹ arcus · ꝯ arma ·
Roma caput mundi tu quondā talib⁹ ultrix ·
Aut ctrus uenias ultrices reddere pēnas ·
Aut caput ut fuerās modo caudę uictima fias ·
Risis uenalis quod quondā numida risit ·
Emptor non deerit · tu uendes atq; peribis ·
Talib⁹ ipse ds quondā cum reste minatus ·
Censas & sedes dē sacrus · edib⁹ arce s ·
Dic sint maranatha · ds hu sint · dic anathema · dō

Explicat liber.